

*163. Instrumentum venditionis
et donationis di Ventura de
Subiaco in favore di Domenico
de Vincola <ovvero Vineola?>*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*163. Instrumentum venditionis
et donationis di Ventura de
Subiaco in favore di Domenico
de Vincola <ovvero Vineola?>*

1473-09-22

(c. 74r) In nomine domini nostri Iesu Christi amen.
Anno nativitatis eiusdem millesimo quatricentesimo
septuagesimo quarto, regnante serenissimo et
illustrissimo domino nostro domino Ferdinando Dei
gratia rege Sicilie, Hierusalem et Ungarie, regnorum
vero eius anno sexto decimo feliciter amen, die vicesimo
secundo mensis (settem)bris, septime inditionis, apud
civitatem Potentie.

1

Nos Colutius Dionisii de Potentia in toto regno Sicilie
regia autoritate ad contrattus iudex, Matheus de Sacco de
Potentia puplicus ubilibet per totum predittum regnum
Sicilie regia autoritate notarius et testes subscripti ad hoc
specialiter vocati et rogati, presenti scripto venditionis
instrumento fatemur, notumfacimus et testamur quod
eodem die eiusdem ibidem coram nobis eisdem et in
nostri presentia presentibus et personaliter constitutis
Ventura de Subiaco, incola civitatis Potentie, agente
pro se et suis heredibus et successoribus singularibus et
universabilibus, parte ex una, et Dominico de Vincola
de Potentia al(ia)s Serra Pestachio, agente similiter pro
se et suis heredibus et successoribus singularibus et
universabilibus parte ex altera, prefatus vero Ventura
coram nobis asseruit, presente ipso Dominico audiente
et intelligente pro se et suis heredibus et successoribus,
se habere, tenere et possidere per se vel alium aut alios
eius nomine, iuste, rationabiliter ac legitime, iusto titulo

Il documento, sotto l'anno 1474, va ricondotto al 1473 in
ragione del computo indizionale in stile bizantino e dell'era
regni, calcolata per anni interi, coerentemente con quanto si
rileva in altre testimonianze qui edite, rogate notaio Matteo de
Sacco

legationis, in pleno iure, tamquam verum dominum et patronum, medietatem infrascriptarum terrarum, nam alia medietas est heredis quondam Baldasaris de Spruccio de Potentia, sitarum in tenimento eiusdem civitatis Potentie in loco ubi dicitur li F[onta]nili, confinatarum a parte superiori la Prora Secra iuxta terras magistri Antonelli Larie limite comuni mediante; ab uno latere la valle ab Alli fine // (c. 74v) la meta dela valle iuxta le terre de Santo Francisco limituni<sic> comuni mediante. Item dal altra metate <sic> de la valle predicta ab Alli iuxta le terre de Santo Gerardo, lo vallone de Santo Anello comone <sic> mediante, ab alio latere da la Porta de la Cupa iuxta le terre che sono de Santo Gerardo, de Santo Francisco et de Guglielmo Castiello mediante la dicta cresta comune, iuxta la via de Pogio de Catella che vene de la Zuzulana et iuxta alios veriores confines siqui sunt et sunt <sic>, ipse tenet pro comuni et indiviso ipsius et predicti heredis quondam Baldaxarris predicti, medietatem quidem predittarum terrarum eidem Venture legatam per egregium quondam Gasparem de Aprutio, quod dixit apparere ex testamento suo ultimo et finali ut decet roborato, in quo infra alia legitur ut dixit: «item amore et pro gratis servitiis per ipsum mihi impensis lego Venture nostro privigno sortem suarum terrarum que sunt pro comuni et indiviso cum herede predicti mei fratris, que sunt in tenimento civitatis Potentie ubi dicitur le Fontanili», francham quidem medietatem ipsam predictarum terrarum, liberam et exemptam ab omni venditione, alienatione, donatione, oblatione, ipotechatione reali vel personali, onere, reddito, servitio et prestatione quacumque et nemini venditam, alienatam, obligatam seu distrattam aut alicui oneri vel obligationi submissa. Quibus quidem confessione, assertione et

recognittione sic fattis et ex certis incumbentibus sibi causis et negotiis propriis satis utilibus et necessariis erat sibi utile et necessarium et expediens vendere predittam medietatem dittarum terrarum ut supra legatarum cum finibus, rationibus et pertinentiis suis omnibus // (c. 75r) antedittis et aliis quibuscumque eidem medietati terrarum spettantibus et pertinentibus quovis modo et de ditta venditione tam pluribus et diversis vicibus colloquium et trattatum habuit cum ditto Dominico qui obtulit maius pretium se daturum quam ceteri homines qui se disonerent super emptione ipsa facienda, sicqui volens perspicacius verisimiliter trattatum ipsum ditte venditionis cum eodem Dominico realiter ducere ad effectum ac ipsum percomplere et huiusmodi venditionem utilem, necessariam et expedientem sibi fieri, sicut dixit et legitime recognovit, ut supra, igitur ipse Ventura nulla inpressione aut suasionem induttus seu aliter circumventus, nec vi, dolo vel metu cohattus seu motus, sed libera, gratuita et spontanea voluntate sua vendidit, alienavit venditionisque titulo per fustis tattum tradidit et assignavit iure proprio et inperpetuum eidem D(omi)nico ibidem presenti, pro se et suis heredibus et successoribus ementi et recipienti ab eodem Ventura predittam medietatem predittarum terrarum, predittis loco et finibus designatarum, cum finibus, rationibus et pertinentiis suis omnibus antedittis et aliis quibuscumque eidem medietati terrarum spettantibus et pertinentibus, quovis modo et cum integro statu prout consistunt et consistere consueverunt ac si liberam et francam ut superius est expressum, pro convenuto et finito pretio inter eos integro et finali venditionis eiusdem medietatis dittarum terrarum unciarum quinque de carlenis argenti, sexaginta per unciam et duobus pro tareno quolibet

computatis, iusti ponderis boni et electi argenti usualis pecunie regni. Quas qu[i]de[m] uncias quinque sic in eisdem carlenis argenti ut supra computatis, dittus Ventura venditor coram nobis confexus fuit et contentus se recepissee // (c. 75v) personaliter et manualiter habuisse ab eodem Dominico emptore tradente, numerate et assignate ex causa venditionis preditte ut supra et nil ad habendum restasse; et si quod forte plus ditta medietas dittarum terrarum valeret pretio supra ditto, cum finibus omnibus et pertinentiis suis et cum integro statu suo, totum illud plus in quamcumque quantitate ascendit, magnam sive parvam, prefatus Ventura venditor sponte, sua libera, gratuita et spontanea voluntate donavit et nunc donationis titulo inrevocabiliter inter vivos ex causa donationis premisse cessit, renunciavit, refutavit, transtulit et remisit eidem Dominico tamquam benemerito et digno honoris gratie et muneris emptionis et propter grata et accepta servitia et beneficia alia prestita et impensa sibi tempore preterito per legitimum emptorem et ex aliis rationabilibus eum ad hec iuste moventibus et inducentibus sicut dixit et gratiose recognovit, ita quidem quod a presenti die in antea ditta medietas terrarum predittarum transeat in dominium, proprietatem et attionem et proprietatem ac possessionem et potestatem [ditti] Dominici emptoris et eius heredum et successorum ad habendum, tenendum ex nunc in antea medietatem dittarum terrarum cum finibus, rationibus et pertinentiis suis // (c. 76r) omnibus et cum integro eius statu prout consistit et consistere consuevit ut supra et ex ditta venditionis causa pro eodem emptore et ipsius heredibus et successoribus donandi, alienandi, utifruendi, possidendi, vendendi ac faciendi et disponendi exinde de ditta medietate

predictarum terrarum cum finibus, rationibus, viis, introitibus et exitibus et pertinentiis suis omnibus quicquid de cetero eidem emptori et suis heredibus et successoribus placuerit et melius visum erit, tamquam de re propria ipsius emptoris et ut veri et integraliter domini eiusdem medietatis terrarum predittarum. Dans, cedens et tranferens dittus Ventura venditor eidem Dominico emptori ibidem presenti, recipienti et stipulanti pro se suisque heredibus quibuscumque o[mne] ius, omnemque attionem realem et personalem, utilem et directam, mixtam et in rem scriptam ac omnem aliam sibi competens, competentem et competituram in et super ipsa medietate ipsarum terrarum, ut prefertur, vendita cum iuribus, rationibus et pertinentiis suis omnibus seu parte ipsius medietatis terrarum predittarum quocumque modo, iure sive causa, occasione seu titulo, nec non acquisitum et acquisitam contra et adversus personas quascumque ratione ditte medietatis dittarum terrarum ut supra vendite vel ipsius iuribus, rationibus et pertinentiis suis seu possessione quoquomodo. Ponens supradittus Ventura venditor eundem Dominicum emptorem presentem, pro se et suis heredibus et successoribus // (c. 76v) in locum, vicem, dominium et privilegium suum et constituens eum p(rocurator)em et verum dominum velut in rem suam propriam, q(uonia)m dittus venditor in ditta medietate terrarum predittarum cum iuribus, rationibus et pertinentiis suis omnibus, in toto vel in parte, in proprietate et possessione ipsius medietatis terrarum predittarum vendite, nil sibi et suis heredibus et successoribus aut alicuicumque persone retinuit seu quomodolibet reservavit. Et promisit et convenit dittus venditor, solemni stipulatione legitime interveniente, et sponte obligavit se suosque heredes et

successores bonaque sua omnia mobilia et stabilia [et] seque moventia, presentia et futura, licita et illicita, iura, actiones debita et nomina debitorum et alia cuiuscumque vocabuli appellatione distincta ditto Dominico emptori presenti, recipienti et solemniter ac legitime stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus, venditionem, alienationem predittas fattas [m]odo premissis ac omnia preditta et subscripta alia et eorum singula semper et omni futuro tempore habere et tenere ratas, gratas et firmas et rata, grata et firma eaque attendere, adimplere et inviolabiliter et efficacius observare et contra non facere, dicere, opponere et allegare vel venire, revocare, retrattare, divertere vel pervertere vel impedire nec emptorem ipsum // (c. 77 r) vel suos heredes et successores supra dicta medietate dittarum terrarum ut supra vendita seu eius iuribus, rationibus et pertinentiis suis seu possessione ipsius turbare, vexare, requirere vel inpetere nec questionem, litem, causam, controversiam aut molestias sibi movere vel inferre aut moveri vel inferri facere aut moventi vel inferenti assentire vel consentire, per se vel alios, de iure vel de facto, in iudicio vel extra iudicium, agendo vel excipiendo aut a(li)os quovis modo, sed libere permittere et sinere emptorem ipsum et suos heredes et successores pacifice et quiete, absque molestia aliqua habere, tenere et possidere dittam medietatem dittarum terrarum ut supra venditam cum finibus, rationibus et pertinentiis suis omnibus, eaque dominari et utifrui et ipsius pacifica possessione gaudere et a presenti contrattu venditionis dolum malum abesse abfuturumque esse, nec non dittam medietatem prenominarum terrarum ut supra venditarum cum iuribus, rationibus et pertinentiis suis omnibus in toto et in parte possessionem ipsius iu

iudicio et extra iudicium eidem emptori et suis heredibus et successoribus defendere et antestare, disbrigare et exalum[niare] et de evitione teneri ab omnibus hominibus et personis omnibusque partibus, universitate, collegio et personis // (c. 77v) aliis puplicis vel privatis, tam ecclesiasticis quam se[cu]laribus, cuiuscumque conditionis, status, gradus, prerogative, preheminentie seu autoritatis existant in et super dicta medietate dittarum terrarum ut supra vendita, ut prefertur, vel ipsius iuribus et pertinentiis et aliis supradittis seu possessione ipsius pretenditibus seu emptorem ipsum vel suos heredes et successores turbantibus et inquietantibus quomodolibet super ea, quotiens et quando fuerit oportunum ac ad omnem ipsius emptoris et eius heredum et successorum requisitionem, voluntatem ac denuntiationem simplicem vel solemnem omnemque litem, controversiam, molestiam vel questionem seu causam que eidem emptori vel suis heredibus et successoribus moveretur vel fierent per quamquam personam singularem, collegium et universitatem, ecclesiasticam vel secularem cuiuscumque conditionis, gradus, status, prerogative, preheminentie vel dignitatis existant in et super medietate dittarum terrarum ante(dictarum) vendita, ut prefertur, et aliis supradittis vel ipsius iuribus et pertinentiis, in toto vel in parte seu po(ssession)e ipsius, teneatur et debet; et promisit ex nunc dictus venditor ad omnem ipius emptoris et eius heredum et successorum requisitionem et voluntatem, simplicem vel solemnem ut supra, et in se adsomere vel subire propriis suis sumptibus, // (c. 78r) laboribus et expensis tam in causa principali quam app(ellatio)nis et in iudicio quocumque a principio, in medio et usque ad finem et tam in iure petitorio quam pretorio et in

omnem eventum et casum emptorem ipsum et suos heredes et successores vittores et potiores facere in causa premissa ac eos servare indepnēs, etiam si dittus Dominicus emptor et sui heredes et successores in quietati vel possessionem ipsius medietatis dittarum terrarum seu se ipsos in iudicio vel causam defenderent tam in causa principali quam app(ellatio)ne quacumque lege et exceptione non obstante quia sic inter eos extitit attum et expresse contentum ex spe(cia)li patto semper rato manente, ita quod omni futuro tempore emptor ipse et sui heredes et successores restent in pacifica possessione, vacua et expedita medietatis dittarum terrarum ut supra vendite, sub pena et ad penam dupli pretii supraditti, medietate videlicet ipsius pene si eam committi contingerit regie curie aut alteri curie cuicumque ubi fuerit exinde reclamatum applicanda et reliqua medietate pene eiusdem eidem emptori et suis heredibus et successoribus exolvenda, me predicto notario puplico tamquam persona puplica pro parte ditte curie et ditto Dominico emptore pro se et suis heredibus et successoribus a ditto Ventura venditore presente penam ipsam stipulantibus anteditam; atto inter eos // (c. 78v) expresse quod pena ipsa, totiens committat(ur), petat(ur) et exigat(ur) cum effettu quotiens contra fiet ditteque pena commissa vel non commissa, exatta vel non exatta, soluta vel non soluta aut gratiose remissa, presens nihilominus instrumentum, cum omnibus que in se continet, in suo semper robore et efficacia perseveret, cum refettione et integra restitutione omnium et singulorum da(m)norum interesse et expensarum litis et extra litem quod fierent propterea quoquomodo, de quibus da(m)nis, interesse et expensis stari et credi debeat assertioni cum iu(ramen)to eiusdem emptoris

et eius heredum et successorum, nulla alia probatione quesita, itaque redduci non possit ad arbitrium boni viri nec quomodolibet appellari aut aliter exinde reclamari quodque in ca(s)u contraventionis predictorum vel alicuius eorundem pro predicto pretio vel sorte ipsa principali ubi evitio forte fieret quovis modo de medietate dittarum terrarum ut supra vendita, cum finibus, rationibus et pertinentiis suis omnibus et aliis supra dittis et possessione ipsius, in toto vel in parte; ac pro pena predicta, dampnis, expensis et interesse et aliis continentibus ut supra predictus venditor ex nunc coram nobis per stipulationem legitimam et solemnem dedit et concessit eidem emptori et suis heredibus et successoribus plenam, liberam potestatem, auctoritatem et sp(ecia)le mandatum per se vel alium seu alios auctoritate propria, absque iubsu seu licentia iudicis, magistratus seu pretoris et sine decreto curie vel mandato manu armata et militari, si expedierit, solum presenti instrumenti vigore // (c. 79r) capiendi et apprehendendi, de bonis quibuscumque ditti venditoris et ipsius heredum et subcessorum, mobilibus et stabilibus et aliis ut predicatur obligatis, ubicumque sitis et positis prout maluerit et elegerit et in eis realiter manus iniecttionem habere et incontinenti si voluerit vendere et alienare vel insolutum sibi tenere et dare prout elegerit, quod satisfiat sibi integre de premissis, nulla denuntiatione seu litigatione premissa, nulloque intervallo temporis expettato nec aliqua iuris vel fatti sollemnitate servata que in huiusmodi bonis capiendis, vendendis et alienandis de iure vel consuetudine forsitan requiratur, et(iam) si ditta bona interim pendente obl(igatio)ne predicta ad quascumque alias manus tertias vel quartas ac ulterius aliquialiter devenirent; que

bona ut superius obligata dittus venditor constituit se tenere ac possidere ex nunc in antea precario nomine et pro parte ditti emptoris et eius heredum et successorum quia sic inter eos ex speciali patto attum extitit et expresse conventum. Et renunciavit dittus venditor super predittis et quolibet predittorum ex certa eius scientia voluntarie, legitime et expresse eidem emptori presenti pro se et heredibus suis recipienti et stipulanti, exceptioni doli mali, vis, metus et infattum, presentis non sic celebrati contrattus et rei predicto modo non geste seu aliter habite quam ut superius continetur et est expressum, privilegio fori scripto et non scripto, competenti et competituro, beneficio restitutionis in integrum, conditioni indebite ob causa et sine causa et // (c. 79v) ex iniusta, nulla et turpi causa, exceptioni ditte venditionis fatte non secute realiter modo predicto et ditte pecunie non numerate, non solute, non recepte, non boni electi argenti et iusti ponderis, c(odici) de rescindenda venditione, legi que incipit «Rem maioris pretii» et similibus aliisque legibus, iuribus et beneficiis per quas et que deceptis ultra dimidiam iusti pretii subvenitur, l(ic)et re vera, dittus venditor dixit et asseruit ac confessus fuit quod in preditta venditione nulla deceptio intervenit cum sciverit et recognovit ac sciat dictum pretium esse verum, iustum et fuisse verum ipsius medietatis predictarum terrarum, ut supra vendite, sibi ipsis conventum et finaliter exolutum; moratoriis, literis, privilegiis, cedulis et rescriptis quibuslibet inpetratis vel inpetrandis non uti promisit, usibus, consuetudinibus, constitutionibus et rescriptis quibuslibet in contrarium inpetratis vel inpetrandis non uti sub quacumque verborum serie sive forma, etiam si procederet proprio motu cuiuscumque domini vel presidentis, promisit ipse

venditor et omnibus aliis iuribus, legibus, exceptionibus, canonicis vel civilibus, romanis et longobardis iurique prohibenti penam in contrattibus apponi et apposita non exigi et exposci debere ac iuri dicenti generalem renuntiationem non valere et iuri quo cavetur quod ditto iuri renuntiari non possit et aliis iuribus, legibus, exceptionibus et deceptionibus iuris et fatti quibus suffragantibus seu aliquo predittorum predittus venditor et sui heredes et subcessores contra predicta venire possent vel ob ipsorum observantiam se tueri; certiorati <sic> prius dittus venditor ut dixit per huius iuris peritus de iuribus, legibus, exceptionibus et beneficiis ipsis ac effectibus eorundem et renuntiationibus predittis antequam renuntiaret eisdem. Et pro predittis // (c. 80r) omnibus et singulis firmiter attendendis, adimplendis et inviolabiliter observandis et in nullo unquam contraveniendo per dittum venditorem quodque preditta omnia et eorum singula vera sint et in nullo unquam vacillent, dittus Ventura venditor coram nobis, preditto Dominico emptore presenti et recipienti, ad santa Dei evangelia corporaliter tattis litteris sponte iuravit et corporale prestitit iuramentum; et fuit attas infra contrahentes eosdem, pro cautela preditti emptoris et eius heredum et successorum, quod si aliqua iuris vel fatti solemnitas in presenti instrumento deficeret, quod tacite et expresse intelligantur in eo et totiens corrigi, refici et e[me]ndari possint quotiens opus erit ad sensum sapientis eligendi per ipsum emptorem et ipsius heredes et successores, desup(er) veniat ad lu[c]idam formam et roboris obtineat firmitatem, veritatis substantia non mutata, cum omnibus clausulis oportunis, utilibus et necessariis, non obstante quod presens instrumentum casualiter perderet vel esset in aliquo iudicio presentatum

nec non suppleri atque minui, omnes et singulas clausulas utiles et necessarias pro se vocata vel non vocata cui tangitur in adversum, presente vel absente, sciente vel ignorante, volente vel contradicente aut una ipsarum presente altera vero absente super quibus expresse iuri dicenti quod in refettione instrumentum partem que ledi posset vocari debere renuntiatum fuit. Unde ad futuram rei memoriam et ditorum venditoris preces et prenominati emptoris et ipsius heredum et successorum cautelam // (c. 80v) ac omnium et cuius interest et interesse poterit in futurum certitudinem et cautelam, fattum est exinde hoc presens puplicum venditionis instrumentum per manus mei preditti notarii, signo meo solito signatum, mei cuius supra iudicis et nostrum subscriptorum testium subscriptionibus et subsignationibus roboratum.

2

3

4

5

6

7

8

Così S per? Vineola

Così S qui, in seguito Aprutio

Integrazione dal prosiegua

Così S per? secca

Così S per partem

Così S per mearum

Così S probabilmente per disponent

9

10

11

12

Quod scripsi ego idem Matheus puplicus ut supra
notarius qui premissis omnibus vocatus et rogatus
interfui ipsumque meo signo consueto signavi; superius
autem virgulis [...] ubi legitur «medietatem» abrasi et
emendavi et quinquagesimo septimo ubi legitur «in toto
vel in parte» bis habundat semel in toto vel in parte,
quod accidit quam scribendo casualiter erravi. (SN) †
Ego qui supra Coluttius Dionisii de Potentia regius ad
contrattus iudex interfui et me subscripsi † Ego Ioannes
Nicolaus domini Cicci de Ingannulo testes interfui et me
subscripsi † Ego diaconus Dominicus de Clappo supra
ditta fateor † Ego dominus Antonellus Suedus testis sum
† Ego diaconus Ambrosius de Potentia testis sum † Ego
Ottavius de Casis testis sum † Ego Martinus de Cicho
de Potentia testis sum et mea manu subscripsi

13

Così S per sic

Così S per rationibus

Così S per dignitatis

Così S probabilmente per in quieta vel quasi possessione

Così S qui, nella nota testium Surdus